UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini, ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Commissio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

Visual Library

& damnũ defunctis iniuſtè inferũt.
Tertiò, ſi ducti auaritia opponunt ſe
reformationi dictarum abbatiarum
eadem ratione. Quartò, fortè propter
ſcandalum ſecularium, ob hoc blaſ-
phemantium, & tepeſcentium in fide
prout in diebus noſtris fieri videmus,
ita vt quod ad neceſſitatem conceſ-
ſum erat, ad luxuriam, & in ſcanda-
lum fiat. Talis namque commenda
eſt, ac ſi oues lupo quis commendet.
Videant igitur hi, quomodo abſolui
queant.

COMMISSIO.

1 COMMISSIO facta alicui per
Papã, expreſſo dignitatis nomine,
& facta mentione quòd reſidet in alio
loco, operatur quod talis poſſit cogno
ſcere in loco reſidentiæ, ſecundum Io.
Andr. in ca. exhibita. de rer. permu. Si
autem de reſidentia non fiat mentio,
tunc commiſſio intelligitur facta in
loco dignitatis expreſſæ, nec vltra illã
diœceſin poterit cognoſcere de illa. c.
ſtatutum. §. in nullo. de reſcript. in 6.
& quod ibi no.

2 QVANDO eligitur industria per-
ſonæ, quod fit, quãdo nominatur per-
ſona, tunc non poteſt committere: ſe-
cus quando eligitur induſtria, & no-
minatur dignitas: puta dicendo. prio-
res, vel prælati. c. ſi. de offi. ord. & c. is
cui, de offic. de leg. in 6.

3 COMMISSIO Papæ ſiue reſcri-
ptum, debet interpretari ſecundũ ius
commune, & conformari ęquitati ſe-
cundum iuſtitiam, & ſaluo iure alte-
rius, etiam ſi materia verborum nõ pa
tiatur, niſi expreſſè hoc exprimat, vt
dicendo non obſtante, &c. vel ex cer-
ta ſcientia, vel ſimilia, ſecundum Fe-
der. in c. cauſam. de reſcri. §. interpre-
tatio. Et licèt priuilegij verba debeant
aliquid operari, intelligitur tamen ſi
ius hoc patiatur, nec præſumitur de-
rogare, niſi exprimat.

COMMODATVM.

1 COMMODATI contractus, eſt
alicuius rei ad aliquem ſpecialem
vſum gratuita facta conceſſio, ſecun-
dum gl. in c. vni. de com. & Hoſt. Nã
ſi gratis non fieret, ſed merces pecu-
niæ interueniret, vel rei alterius gra-
tia fieret, non poſſet dici commodatũ,
ſed locatio, vel aliquid aliud.

2 RES mobiles, & immobiles, quæ
vſu non conſumuntur, locari poſſunt
& finito tempore. Et ſi ante tempus
reuocantur, tenetur reuocãs de dam-
no. in d. c. vnic. ff. commo. l. in rebus.
niſi commodans damnum ſimile erat
paſſurus, & commodatarius non po-
terat ſibi aliunde prouidere, in con-
ſcientia non tenetur ſi reuocat, ſecus
ſi poterat à principio ſibi aliter proui-
dere quia tenetur.

3 QVICVNQVE poteſt cõtrahere
poteſt commodare. ar. in l. Iulianus.
ff. de ac empt. & vend. & eſt de iure
naturali, vt res cõmodata reſtituatur.
c. ius autẽ naturale. d. 1. & dominũ rei
non tranſit in recipientẽ, ſecundũ gl.
in d. c. vni. nec cõmodatarius tenetur
domino de re cõmodata, ſi perit ſine
eius culpa, vt in d. c. vni. quia res ſi pe-
rit, perit illi cuius eſt. Nec etiã ſi dete-
rioretur vtendo ad illũ vſum, ad quẽ
accepit, & ſine culpa. ff. cõm. l. cũ qui
rẽ. nec poteſt retineri ratione recõpen-
ſationis, prętextu alicuius debiti etiã
liquidi. l. vlt. ff. co. quãuis. Pa. contra-
riũ teneat. c. bona fides. de depo. & gl.
in d. l. ſi, vbi ſcilicet debitum eſt liqui-
dum. Et ſi commodatarius facit ali-
quam expenſam notabilem neceſſa-
riam, vt in medicinis, poteſt repetere
à domino, niſi hoc ſit ex eius culpa: ſe
cus ſi expenſa eſt modica. ff. co. l. in re-
bus §. poſſunt.

4 SI commodatarius non potuit vti
re commodata infra præfixum tem-
pus, etiam ſine culpa ſua, non poterit
vltra illud tẽpus vti ſine licentia com
modantis, ſecũdum Panorm. in di. c.
vnico.

5 COMMODANS alicui rem vitio-
ſam ſcienter, & nõ dicẽs ei vitium, te-
netur de damno ſecuto propter hoc
cõmodatario, ſecundum gloſ. in d. ca.
vnico. non autem ſi dixit vitium, vel
ignoranter fecit in d. l. in rebus.

6 SI commodator rem ęſtimari fecit
nil aliud dicens, non propter hoc tol-
litur, quin ſi pereat, domino pereat,
ſed

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN